

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

mutatur illorum substantia. Quia ad principium redeunt. Ergo non graue sit mori. Quin imo hoc potius soletur moriturum, quod scit in melius se immutandum, & per terram sic purgandum, vt resurgat immortalis, in gloria. & c. 1. Cor. 15. v. 42. Phil. 3. v. 21.

III. Non itaque pereunt, qui in terram conuertuntur. Imo id ipsum est resurrectionis indicium, quod in terram seminamur. Soletur nos igitur resurrectio: quam probat nobis sic Paulus, 1. Cor. 15. v. 36. quod ex terra semen sic prouenturum. Nihil enim perit quod seminatur in terra. Terra optima mater, omnia cum foecre reddit. De ceteris alias.

F I N I S.  
T H E M A CXXIV.

Syrach. 41.

*O mors quam amara est recordatio tui homini pacem habenti, &c.*

D I S P O S I T I O.

Mors vulgo dicitur. *Amara* mors, Neque id sine causa, cum scriptura quoque simile aliquid hoc loco habeat. Et plus etiam dicat: Videlicet, ipsam nudam mortis recordationem (non mortem tantum) amarum esse. At si hunc locum Syracidis cum eo, qui immediate sequitur, conferamus, & sententiam huius loci accuratius pensitemus, patebit, amarum quidem esse aliquibus hominibus, non tamen omnibus, mortem.

Quatuor autem hominum genera in specie recenset Sapiens, quibus mortis recordatio (de ipsa enim mortis amaritudine, qualis per se est, nihil hic dicemus) amarum sit.

De singulis 1. ordine dicemus, 2. & quomodo illis etiam, atque adeo omnibus, amaritudo recordationis huius vincenda sit, singulis subiiciemus. 3. Et quid praeterea nobis omnibus norandum, paucis addemus.

I. Pars.

## I. Pars.

1. Primum autem mortis recordatio amara est hominū diuiti Luth. Germ. *Der gnug hat.* [N O T A. Lutherus sententiam huius loci eleganter expressit, ac verbum verbo non reddidit. Ad institutum autem Græcus Textus non nihil afferet lucis.] Vbi sciendum, quod Syrach hoc locum talem intelligat diuitem, qui non tantum diuitias possidet, sed iis audet uti ad voluptatem. Multi enim hoc non possunt facere, quia illis tantum non datur à DEO. Vide Eccl. 6. vers. 2. Imo de tali diuite loquitur, cui bona non curas pariunt, sed (ut verbum verbo redditum sonat) *pacifice viventi in his, que sunt eius.* *Der das seinig darff vnd kan im Frieden genessen / vnd hat genug.* Sicut Epulo, Luc. 12. diues est non æger, non afflicus, non ab aliis oppressus, non tenax: *Sondern er darff lassen mit ihm auffgeben.*

Talis certe homo cum recordatur mortis, sic expauescit, ut vix possit audire de morte differentem. Semper enim metuit, ne cogatur sua relinquere. Et his idem accidit, quod verus habet proverbium: Sicut porcus saginatus, cum videt virum indutum veste inuicta aut pingui, mox metuit, ne forte sit lanus ad mactandum præsens: ita hi etiam lenissimum dolorem sentientes, semper metuant, esse morbum lethalem, & supra modum trepidant.

2. Hanc mortis amaritudinem pellere & vincere debent tales, meditatione pia dictorum. Hiob. 1. v. 21. Eccles. 5. v. 14. Psal. 4. v. 8. 1. Tim. 6. v. 7.

Nudus egredietur qui nudus venit. Nec profuit diuitiarum, Prou. 11. v. 4. Meliora ibi recipient, si hic querant thesauros, qui non pereunt, Matt. 6. vers. 19. & ibid. v. 33. Verbum Domini auro pretiosius, Psal. 119. v. 72. In hoc oblectent sese, Psal. 1.

*Vsus huius loci.*

3. Pauperes ergo hinc argumentum sumant, quare nunquam sibi debeant optare multas diuitias: *Das ist darff*

darzu geht / daß sie desto lieber sterben. Non remorantur eos diuitiæ. Ideo precatur Sapiens Deum, Prou. 30. ver. 8. pro meliiori victu. Non enim ex multis diuitiis vixit homo, Luc. 12. v. 15. Natura paucis contenta, Syr. 9. v. 28. 1. Tim. 6. v. 8. Grata ergo mortis recordatio pauperibus, quia facit ipsos pares diuitibus, Hat einer darzu daß so viel als der ander. Nota est histona de camisia Saladini Regis Asiae.

## II. Pars.

1. Amara mortis recordatio est homini, qui sine curis & sollicitudinibus transigit vitam, Gerin. D. r. ohne sorg leben. In Græco est viro quieto, *ἀνεκτατα*, hoc est, non occupato: non curis & negotiis distracto. Etenim Μήσιγγάνερ der nichts zu sorgen hat. Multi sunt qui plane nihil curant, quiquid de suis, vel de aliis fiat. Qui scilicet in liem vinūt, sine omni affectu Stoici. Qui non seruiunt Ecclesiæ, Republicæ. Sondern Herren für sich selbst. Qui cuticulam curant Quo'um Deus ventres, Phil. 3. *ὀσφύς* Tag bad nacht werden. Inuitia pondera terræ, Et tantum sibi aut fruges consumere nati.

His certe amara recordatio mortis Videtur talis fuisse Nabal, 1. Sam. 25. Mans ohne Sorg. Ideo induratum cor illius v. 37.

2. Possunt illi vincere hanc amaritudinem: si non subterfugiant negotia, pro qualitate conditionis cuiusque, expediunda. Si agnoscant seruendum Deo & proximo. Non defodiendum talentum. Matth. 25. v. 27.

Non tantum terrena querenda. Alioquin si rem esse interitum, Philip. 3. v. 19. Esse Deo reddendam rationem de talentis, Mat. 25. v. 19. Indignum qui manducet eum, qui nolit laborare, 2. Theff. 3. ver. 10. Hominem ad laborem conditum, Psal. 128. v. 1. Non tantum appetendas rosas, sed etiam spinas & tribulos acceptandos, Gen. 3. v. 18. Sic sentiret aliquas vocationis molestias, & non tam graue esset mori,

*Vsus huius loci.*

3. Vident autem ceteri, non felices esse tales porcos, die immerdar in der Mastung liegen. Vulgus quidē existimat, hos omnium esse felicissimos, qui sibi tantum benefaciunt, & ceteros nihil curant. Videntur certe illi esse tales de quibus Psal. 49. v. 15. sicut oves in inferno positi sunt. Et de quibus Hier. 12. cap. v. 3. refert, quod saginentur ad maectandum.

Non optemus nobis talem felicitatem. Darn wie wir gra sie sterben so muß es sein. Et plerumq; abripiuntur cum tale nihil cogitantur: inveniuntur imparati. Vailis, Apoc. 3. v. 3. Sicut ergo non debemus solliciti esse vltra quam patet; ita vicissim non vult Deus hominem plane exuere omnem curam. Er will nicht das wir all baser Tag auff dem weichen Polster sitzen: sondern sollen auch vnsers HERRN Gottes Duffel vnd Dorn / vnd sein Schweiss vrsprechen: de quo Gen. 3. v. 9.

Hoc postea facit recordationem mortis admodum iucundam & gratam: vt cupiamus dimitti aut solui, & dissolui, Luc. 2. v. 29. Phil. 1. v. 23. Das das Gott außspanne v. d. aufiget: hurren; sicut solemus equum famātia soluere colla, cum lassus & defatigati.

Nec enim Dominus vult hic nobis beatam & gratam requiem concedere, sed post hanc vitam deam.

Hic laborandum, sudandum, Gen. 3. 19. militandum, Hiob. v. 1. in vinea onus portandum, Matt. 20. v. 4. Tum autem dabitur requiescere in cubilibus. Esa. 56. in fine, Apoc. 14. v. 3. cum Deus nos dimiserit & soluerit.

## III. Pars.

1. Amara etiā recordatio homini, dem es vrs gehet in allen Dingen. Græce: prospero in omnib. felicissimo: εὐοδῶσπις πάντασι, Quamuis pii plerumq; sentiant omnis generis aduersitate, tamen sunt alii, qui perpetuo sunt felices. De quibus multa Jer. 12. v. 2. plura Psal. 73. v. 7. & plurima Hiob. 21. v. 7. nonnulla etiā Psal. 37. v. 45.

Cc Denen

Denen es immer nach ihrem Sinn hinauß geht. IIII plane obliuiscuntur mortis. Existimant, se tantum huic vitæ natos: & optant perpetuo sic viuere in terris. Sic lieffen vnsern HERRN Gott den Himmel/ vnd nemen es ewig also auff Erden an. His certe tristius nihil potest accidere, quam si mortis audiant nuncium.

Indignantur morituri, ringuntur & insurgunt aduersus Deum, murmurant, & impatientiam suam verbis atq; sanctis testatur. Quia in expectatus illis hospes ille nouus.

Exempla sunt passim obuia: sed odiosa. His accidit id, quod dicitur: O mors quam dura, quam tristia sunt tua iura: Si mors non esset, quam lætus quilibet esset.

2. Huic amaritudini possent afferre remedium in tempore: si à Syracide discerent vti fortuna: & in die bona etiam cogitarent de mala. De quo Eccl. 7. v. 15. Syr. 11. v. 27. & 29. Syr. 18. v. 25.

Si considerarent similitudines illas de vmbra, Job. 8. v. 5. floribus, Esa. 40. v. 6. nebula, Sap. 2. v. 4. fumo, Pl. 102. v. 4. &c. quibus scriptura instabilitatem huius vitæ depingit. Si Moysen & Prophetas non fastidirent cum Epulone & quinque (imo multis) fratribus ipsius Luc. 6. v. 30.

Sic nihil accederet ipsis noui, si mors pulsaret ianuas: sed de hora mortis incerta recte edocti possent contemnere vitam hanc miseram, Etenim non timet is mortem, qui scit contemnere vitam.

*Vsus huius loci.*

3. Videmus hunc, inter alios, vsum esse calamitarum, vt faciant homini iucundam mortis recordationem.

Non igitur impatientes simus, cum Deus nos onerat & premit cruce. Sic enim tantum vult in nobis exultare desiderium alterius vitæ, & fastidium huius mundi, 2. Cor. 5. v. 1. Desideramus. Vide enim quomodo Elias mortem vocet non eomparentem, cum Isabelem fugeret, 1. Reg. 19. v. 4. Das macht seine lustige Leut zum sterben / wann es nicht alweg / in allen dingen wol vnd nach vnserm Will.

*Willen geht.* Sic nouit Dominus agere cum suis, vt si hanc miseram vitam daret uolentibus, nemo tamen futurus sit, qui acciperet, vt habet Seneca.

## I V. Pars.

1. Amara mortis recordatio homini sano, qui est robusto, ualenti atq; uegeto corpore. Germ. *Der gute Tag hat.* In Græco est: Valenti accipere cibum suum. Innuit, sermonē esse de iuuenibus, sapis, & talibus, *denen & ssem vnd Trinken wohl schmeckt.* Alioquin enim nec senes, nec qui ualitudine minus commoda utuntur, uere possunt dici felices (*Dasi sie gute Tag haben*) si maxime diuitiis & honoribus abundant.

Hæc quoque durum est nuntiam si audiant, *Dispone domui, moricris, Ela. 38.* Erat is quoque alias nec morbis nec annis confectus, & sperabat adhuc multos annos residuos, *u. 10. Ibid.*

2. Vincere autem, imo præuenire hanc amaritudinem mortis possunt, si sequantur doctrinam *Eccl. 12. cap. v. 1.* & in tempore Creatoris recordentur. Si cogitent, uenturos annos malos. *Ibid. v. 2.* Recitatur ibi Catalogus miseriarum. Et commentarium de senectute nobis scripsit *Barfillai ille senex, 2. Sam. 19. v. 35.* Cogitandum, posse facile fieri, vt eligamus mori quam uiuere, si scilicet contingat nos incidere in ægri tudinem *De qua 1. yr. 30. v. 17.* præstat mori quam cum perpetua conflictari in ualitudine. Cogitent uicissim, in altera uita neque morbos neque dolorem aut clamorem esse, *Apoc. 12. v. 4.*

Maxime uero hoc contra amaritudinem mortis faciet, si cogitent, etiam iuuenibus moriendum. *Reiner sey dem Tode zu starck / Reuterisch oder zu Reissig. Flos agri, Ela. 40. v. 6.*

*Vsus huius loci.*

1. Primum hinc discimus, Turpe si ne senes quidem & ægri uelint mori, ubi Deo uisum fuerit. Hos plane insanos esse oportet, aut ignaros uel propriæ miseræ, uel æter-

æ gloriæ, quibus omnis huius vitæ miseria erit lenienda Rom. 8. v. 18.

2. Qui afflicta sunt valetudine, & qui omne genus cibi & potus fastidiunt, siue ex senio siue aliis accidentibus, non inuideant ceteris rectius valentibus iuuenibus & robustis. Quia si contingat aliquem ex ipsis mori, certe maiori eum amaritudine morietur, qui valebat & vigebat hæcenus, quam is, qui iam sensit morbos, tanquam mortis antea ambulones.

3. Vicissim vero iuuenes, vegeti, &c. Venturæ memoris iam nunc estote senectæ. Mature fiant senes, qui diu volunt viuere senes Temperantia in cibo & potu erit necessaria: alioquin mox vertetur gaudium in luctum Senibus non illudant, sed honorem habeant, Leuit. 19. v. 32. Sic valentes ægris compatiuntur, 1. Pet. 3. v. 8.

FINIS.

THEMA CXXV.

Syr. 41.

*O mors quam iucunda est recordatio, &c.*

Dispositionem huius Thematidis vide supra in I. parte Proimpruarii, Class II. in fine, pag. 214.

Si quis vero velit ex Dispositione proxime præcedenti prolixiori, vltim vnicuiusque loci peculiariter semper (sub Numero 3) annotatum, his partibus huius Thematidis accommodare, fieri poterit illud haud incommode: vt quatuor posteriora hominum genera, quibus iucunda mortis recordatio, respondeant quatuor prioribus quibus mortis recordatio amara.

*Vt hæc sit Antithesis.*

Amara mors

lucundæ mors.

1. Diuiti.

1. Pauperi.

2. Quæro.

2. Solicito.

3. Prospero in omnibus.

3. Cui nulla spes prosperitatis.

4. Seno. iuueni, vegeto &c.

4. Seni, ægro &c.

Cætera lectori prudenti facilima ex præcedentibus.

THE.